

N. M. II, 114,

n. 25, 18.

X 1879289

Q. D. B. V.

DISPUTATIO POLITICA

DE

# JURE MONE- TARUM,

*Quam,*

Divina asistente gratia,

IN ILLUSTRISALANA,

SUB PRÆSIDIO

*Viri Amplissimi, atque Excellentissimi*

**DN. SEVERI CHRISTOPHO-**

**RI OLPPI, Rectoris h. t. Magnifici,**

Poëseos Ordinarii, nec non Philosophiæ Practicæ

Extraordinarii Professoris Publici,

*Domini Præceptoris atq; Fautoris honorandi, suspiciendi*

*Publicæ Disquisitioni subjecies*

**JOHANN: GEORG: RUX Magdeburg. Saxo**

**AUTOR.**

*MENSE JULIO*

**In Auditorio Philosophico.**

**JENÆ,**

**LITERIS GEORGII SENGENWALDI,**

**ANNO M. DC. LXIII.**





*REVERENDISSIMO AC SERENISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO,*

*DOMINO*

**AUGUSTO,**  
POSTULATO ADMINISTRATA-  
TORI PRIMATUS ET ARCHIEPI-  
SCOPATUS MAGDEBURGENSIS,  
SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM  
DUCI, LANDGRAVIO THURINGiÆ, MARGGRAVIO  
MISNIÆ, SUPERIORIS ATQVE INFERIORIS  
LUSATIÆ, COMITIMARCÆ RAVENS-  
BERGÆ ET BARBY, DYNASTÆ  
IN RAVENSTEIN

*DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,*

HASCE STUDIORUM SUORUM  
PRIMITIAS



*NUMILITER ATQVE SUMMISSE*

DICAT ET CONSECRAT

AUTHOR ET RESPONDENS.



Σὺν Θεῷ

## Præfamen.

**I**nter præcipua ac potis-  
sima Majestatis jura non infi-  
mum tenet locum jus circa mo-  
netam. *Henning. Arnif. Lib. II.  
cap. 7. de jur. Majest. Sixtin.*

*Lib. II. cap. 7. de Regal. summar. 22.* Rem enim  
publicam vis pecuniarum maximè stabilit.  
Et majestatis est, prospicere, ne quid Respubli-  
ca detrimenti patiatur, neve pacata ejus gu-  
bernatio perturbetur, quod vix aliâ re prom-  
ptiùs accidere solet, quàm ex moneta; muta-  
tâ enim rerum mensura, vel eâ turbatâ, omnia  
reliqua mutari vel turbari necesse est, ut *Ma-  
gnif. Dn. Benedictus Capzovius Commentario  
in leg. Regiam Juridico - Historico - Politico ex  
Arnif. l. c. adducit*, de quo ingenii exercendi er-  
go cum Deo aliquid publicæ ventilationi sub-  
jiciemus.

211  
wv

## CAPUT PRIMUM.

# DE MONETÆ ETYMOLOGIA, HOMONYMIA, SYNONYMIA ET DEFINITIONE.

§. I. Etymologiam quod attinet: nonnulli scribunt, monetam aptè à monendo ex hac ratione derivari posse, quod effigies Principis, monetæ impressa, moneat subditos, se eidem subjectos, cujus imaginem in moneta conspiciant, vid. *Conrad. Carpzov. b. m. Dissut. pro Lic. hab. qui de Regal. cap. 42. Dan. Otto in de Jur. publ. Imp. Rom. Disserz. Jurid. Polit. cap. 11. th. 7. de Regal. fisci.* Alii ob hanc rationem à monendo deductam volunt monetam, quod moneat, ne quid fraudis in materia, signo, aut pondere fiat. *Sixtin. Lib. 2. de Regal. summ. 51.* auctoritas quippe, valor, pondus & probitas, sunt necessaria requisita, quæ nos certos & securos reddunt, quod nihil fuci subsit: Alii ob eam causam, quod moneta signi sui impressione vel auctoris, vel pretii, vel alterius rei futura etiam secula commoneat. *Cic. l. 1. de divinaz. Coras. l. 2. miscellan. cap. 13. n. 3.*

§. II. Homonymiam quod spectat: Accipitur moneta i. pro Dea Junone, ex hoc fundamento, quod non multo ante urbem captam à Gallis terræ motus factus esset, inde fama fuit, extitisse vocem è Junonis templo, quod erat in arce, ut de sue plena fieret procuratio *Rosin. in Antiquitat. Roman. l. 2. c. 6.* Aliam causam *Suidas* sup-  
peditat, inquiens, quod, cum Romani pecuniæ indigerent in bello contra Pyrrhum & Tarentinos, eos Junonem invocasse, quæ ipsos monuisse perhibetur, ut Justitiæ armis uterentur, eumq; Romanis contigisset, Monetam Junonem veneratos esse, ejusq; monetæ signum fuisse, quod moneta inscripta in ejus templo adservarentur:

Alii

2013

Alii eam causam tradunt, quod moneta Juno sit vocata; nempe Junonem monuisse Romanos per anserem, teste Lucano, dicente: Numina Castrensis miscebis flamma monetæ. Et Cic. l. 1. de Divinat: Post cladem, inquit, maximam à Senonibus Gallis factam, audit vox ex Junonis arce fuit, ex qua Juno illa moneta est vocata. 2. Pro officina publica monetali, in qua pecunia euditur. Henning. Arnif. l. 2. c. 2. de Jur. Majest. Aufon: in Epigramm:

*Templa Palatina, arces opulensq; moneta.*

Huic paterè etiam addere placet, quod habet Macrobi: 1. Somn. Scipionis; ubi iterum appellat Monetam formandi hominis. Ab officina illa monetali Monetarii german: Die Münzmeister originem suam traxerunt, qui, ut obiter addamus, olim in sua conditione semper durare coacti sunt, nec dignitatis cujuscunq; privilegio ab hujusmodi conditione liberari potuerunt. Sixt. l. c. At hodie tamen conditio Monetariorum non est vilis de generali & notoria consuetudine Germaniæ, nam nō minus ac aliq; pro ingenuis hominibus, honestisq; personis reputantur, certis privilegiis fruuntur, usq; adeò, ut secundum illa nullus in probatam & honestam officinam monetariam recipi possit ac debeat, nisi prius in consimili honesto & probato Argyrocopio probaverit, quod legitime natus sit, quod per integrum quadriennium artificium hoc didicerit & sub durissima ceterorum Monetariorum disciplina honestè sese gesserit: 3. Sumitur vel pro omni contractuum sponfore, quo rerum æstimationem metimur, ut tamen ipsis rebus contradistinguatur, quo sensu Philosophum accepisse videtur. 1. Polit. c. 9. vel pro quocunq; numismatis genere, sive auro, sive argento.

§. III. Præmissâ Homonymiâ, pergimus ad Synonymiâ. Vocatur pecunia, quæ vox euphoniæ causa ratione originis pro pecunia dicta est, eò, quod priscis tempo-

1179  
05 2014

ribus facultates veterum in pecudum copia & re rustica, constiterint: dicitur etiam pecunia propterea, quod monetæ antiquitus de pecudum corio incisæ & signatæ fuerint. *Isidor. lib. 10. cap. 17.* vel, quod Romanorum æs primum ovium boumque effigie signatum fuerit: unde *Plutarchus in Publicola* scribit, vetustissimos reperiri nummos, in quibus signum sit ovis, suis, bovisq; conspectum. 2. nummus, s. numus, quod non à natura, sed *ἄπο τῆς νόμῳ* sit, teste *Aristotele Lib. 1. Polit. cap. 9. & 5. Ethic. c. 8.* & videtur lex denominationem dedisse, cum & jus monetæ legis ipsius sit potestas. 3. æs quoq; monetæ significationem habet: quia prima urbis ætate solo ære signato propè ad primum usq; bellum Punicum Romani usi sunt, & cum aurum ac argentum introductum esset, mansit tamen vocabulum æris, omnemq; pecuniam æs dixerunt, etiam auream. Inde *Virgil. Eclog. 1. v. 36.*

*Nonnunquam gravis ære domum mihi dextra redibat.*

Porro vocatur moneta argentea à Persis Abas, à Schach Aba (quem primum cudendæ monetæ Authorem fuisse scribit) sic denominata; item Chodabende, cum Schach Chodabende eandem induxit; olim Lari dictæ sunt monetæ: *Dn. Adam. Olear. in Itin. Persic. l. 5. c. 6. p. 560.* Arabes monetæ huic argenteæ etiam Persicum imposuerunt nomen & vocaverunt Darrhem. Sed ideò, quoniam eodem tempore Persicum Imperium ut & Romanum floruerunt, cujus Romani Imperii Auctoritate, idem Arabes nominârunt auream monetam Romano vocabulo, Binar de Denareis aureis, ita dictum, quo & simul usi sunt Græci passim. Obolos autem æreos cum Romanis iidem Arabes etiam Folles nuncupaverunt, de quibus videri poterit *Salmas. lib. de usur.* A Persis oboli ærei communiter Pul dicti sunt, in specie verò Kasbeli nuncupantur *Dn. Adam. Olear. in Itin. Persic. l. c.* à Gallis Monnoye dici-

tur

1115  
2115

ur Moneta, ab Hispanis la moneda. à Belgis Munt. à Ger-  
manis autem vocatur Müns oder Geld. *Ambros, Calepin.*  
*diCTIONAR. suo.*

§. IV. Sequitur Definitio Monetæ: Est autem  
moneta, materia electa, cujus publ. ac perpetua aestimatio dif-  
ficultatibus permutationum, equalitate subveniret, eaq; ma-  
teria forma publica percussa, usum dominiumq; non tam ex  
substantiâ præbet, quàm ex qualitate. Quæ definitio de-  
sumpta videtur ex Philosophi verbis 1. *Politic. cap. 9.*  
Quare ad permutationes tale quid inter se pacti sunt dare ac  
accipere, quod ipsum ex rerum vitæ utilium numero usum ad  
vitam habeat facile & commodum; ut est ferrum, & argen-  
tum, & si quod aliud ejus generis: primò quidem simpliciter  
magnitudine & pondere definitum, tandem verò & notâ im-  
pressâ à permutantibus, ut eos liberaret à dependendo, nota e-  
nim imposita ponderis fuit index. Ideò placet nobis, eamq;  
accuratius considerabimus: Definitur quidem etiam à  
Vernalæo l. 3. *Polit. th. 7. c. 1.* Moneta bractea quædam me-  
tallica, supremi Principis auctoritate, pro commodiore per-  
mutatione signata ac aestimata. Alius Author hanc defi-  
nitionem suppeditat: quod nempe Moneta sit pecunia ex  
materia metalli præcipuè auro & argento ad publ. Reipublicæ  
usum à Republ. confectam; *Joh. Kitzel Tractat. de Jur.*  
*Monetar. Clas. 1. Theor. 4.* ita definit Quod sit bractea qua-  
dam metallica publica caractere insignita, omnium rerum  
aestimationem præstans. Quæ definitiones jam in medium  
prolatæ, quamvis satis bonæ ac firmæ sint, his tamen ne-  
glectis, quam primo loco posuimus, ut jam tùm diximus,  
contemplabimur.

§. V. In definitione nostra dicitur 1. Materia,  
quam quidam dividunt in propinquam & Remotam:  
*Arnif. l. 2. c. 7. de Jur. Majest.* Nobis in usu est aurum,  
argentum: Æs s. Cuprum, apud Svecos, Gallos Ita-  
los

1115  
2015  
ios etiamnum in usu est. *Plurim. Reverend. Dn. Balthas. Cellar. c. 15. Polit. §. 10. Dan. Otto in dissertat. Juridic-Politica de Jur. Publ. Im. R. c. 11. Th. 7. Monetal. lib. 2. de pecun. Retid. l. 3. d. re num. cap. 2. Wolfgang Heid. in Philosoph. Polit. Systemat. c. 3. p. 577.* Sed Ferrum in usu fuit apud Clazomenios, Corium apud Spartanos: *Dn. Cellar. l. d. Georg. Schonbörz. in Polit. l. 4. c. 30. c. 30.* item filum argenteum apud Persas, quod monetæ genus vocabant Lari, est illud antiquum & obsoletum: Stanno etiam veteres usos fuisse constat ex *Polit. Cellar. c. 15. f. 10. Salmas. in lib. de usur. c. 26. p. 468 scribit.* Diversas gentes hoc l. illo monetarum genere usas unô eodemq; tempore fuisse, ut Athenienses argenteam monetam, Chartaginenses Coriaceam, Byzantios ferream, Lacedæmonios meram ferri massam, alias gentes lutum coctum & signatum. Aethiopes eo seculo, quo Plato scribebat, lapillos quosdam insculptos pro nummis usurpasse. In Provincia Carajana, quæ magno Regi Tartariæ subest, aureis & albis lapillis, qui in mari reperiuntur, teste Paul. Venet. usi sunt. In Provincia, cui nomen Canielu inditum, sub eodem Rege sita, moneta minor è fale est formata, in exiguis tamen massis, in alia Corallium nummi vicem præstat. Magni Chani moneta non ex auro & argento cuditur, sed cortice mori interiore in particulas varias ac rotundas scisso, invicem compacto ac Regali sigillo signato. Additur electa: qua vocula innuitur requiri, ut sit materia idonea, ut scilicet possit facile circumferri, condi, liquari, cogi, duci, cudi, figurari, & ex rebus utilibus, sive iis, quorum rerum usus est in vita: unde si ex charta, corio, aut unguis animalium, piscium squamis monetæ essent factæ, nullo modo materia ex rebus utilibus constaret: *Casus in Sphæra Civitatis* septem monetæ conditiones adducit: quarum prima est, ut sit quantitate



(207)

litate parva; Secunda ut sit alicujus Principis simula-  
cro notata: tertia, ut sit certo pondere & valore distin-  
cta: quarta, ut non facile exedatur, & corruptioni ob-  
noxia reddatur. Quinta, ut sit rara & pretiosa. Sexta,  
ut sit ad usus pauperum in partes minimas divisa. Se-  
ptima, ut sit ad commutationem necessariam, non ad  
sordidam usuram destinata. Has conditiones si probè  
ponderaverimus, facile patet, aurum & argentum com-  
modissime monetæ materiam sustinere; *Aristoteles 1.*  
*Polit. cap. 9.* etiam ferrum utilibus monetæ rebus accenset,  
at verò cum facile corripitur, necessarium non est,  
præprimis apud nos in Germania, ut in materiam mo-  
netæ assumatur.

§. VI. Sed hæc de materia dicta sunt; Nunc se-  
quitur FORMA Monetæ, quæ duplex est: Externa & Inter-  
na. In propatulo autem esse autumo, aurum olim pla-  
nè non fuisse signatum, sed in multas ac minutas facies  
concisum Veteres ad servasse ac reposuisse, nihilominus  
in lateres conflatum. Idem & fecere Romani, teste Var-  
rone apud *Nonn. l. 3. de vita P. R.* Nam lateres aurei &  
argentei primùm conflati & in ærarium conditi sunt.  
Hinc Croesus magnam argenti vim in Theauris laterum  
redacti ad servavit, teste *Varrone* hisce versibus, scribente,

*Indum fluens sub Sardibus flamen tulit,*

*Aurum, later quod conquadravit Regius.*

Idem legimus, quod Barbari innumerabiles lateres au-  
reos habuerint; *Salmas. l. de Usur. c. 16.* imò non solum  
ut lateres reposuerint in Thesauros, verum etiam au-  
rum & argentum infectum & rude, nec non factum &  
laboratum, ut tripodes vasaq; alia *Salmas. de Usur. b. 16.*  
Cum itaq; ut plurimum auri & argenti, nec non æris  
grandes massæ in permutationibus vicem pretii obtine-  
rent; difficulter autem isto pacto venditiones expedie-

B

ban-

204  
bantur, constitutum est huic difficultati subvenire & repertum primo est, ut graviores illæ massæ in plures particulas conciderentur, ut cum exiguis ac levioris momenti rebus forent permutabiles; deinde ut illæ concisæ particulae certo pondere formarentur, (quo & apprimè referri posse videtur, quod *Justinian. l. 1. C. de veter. Numis. potest.* habet & scribit, modò ut debiti ponderis sint, & speciei probæ; Et *Isidor. l. 16. Origin. c. 17.* ex aliquo antiquo Auctore scribit: In numismate tria quæri, metallum, Figuram & pondus, si aliquid ex his defuerit numisma non futurum. De quo pondere plura sumus dicturi, cum digressionem ad Formam internam faciem9,) mox ut & nota ponderis iisdem imprimeretur, postremò communi omnium consensu receptum est, ut ab omnibus reciperentur in permutatione, quæ talem formam haberent impressam eum tali pondere; *Salmas. col. Joh. Kitzelius in tractat. de Jur. Monetar. Class. 1. Theor. 5.* ad stipulari videtur sententiæ dicti *Salmas.* & scribit; Ut verò contrahentes ista ponderandi & examinandi difficultate sublevarentur, pecuniæ cura postea ad superiores devolvì & in testificationem, quod proba sit, ab iisdem signari, atq; sic quoad formationem Juris civilis esse cæpit: & hinc tandem prodiit Nummus, quem Aristoteles vocat primum & ultimum in permutatione *1. Politic. 8.* quem (ut incidenter addamus) deductum volunt à Numa Pompilio Rege Romanorù, qui primus omnium numos Romæ signasse creditur *Cal. Rodigin. lection. antiquitat. c. 21. Isidor. l. 16. c. 17. Schönborn. 4. Polit. 30. Martin. in lexic. Etymol. voce Numus. Beierling. in lexic. suo. l. m.* Describitur autem Numus signatus à Demosthene, quod sit *vóμισμα* veluti lex privatorum communi eorum consensu recepta ad proprios contractus celebrandos, cujus autem Numi cusionem primum Phi-  
onem

2011

Monem intulisse in Ægina testatur *Salmas. de usur. c. 15.*  
Alii dicunt signasse nummos primum Pethonam Argi-  
vum, alii Erichonium Atheniensibus & Liciis. *Rhodiger.*  
*l. 10. Antiquitat. lectio. c. 2 p. 353.* alii hoc Thareti tribuunt  
Patri Abrahamæ, cui etiam sententiæ nos fidem damus,  
constat enim ex *Gen. 23.* quod Abraham pro sepulchro  
Saræ pecuniam & quidē probatæ monetæ extolverit, &  
inde patet, Monetam duplicem esse, nempe aliam proba-  
tam, quæ justum pondus & pretium habet, sive quæ in tra-  
ctandis commerciis exponitur, vid: *Beierling. in lexico suo.*  
*l. m* quam nos hodie currentem vocamus *Salm. l. de Usur.*  
*c. 15.* aliam autem publicam, quæ signata est ea figura,  
qua moneta Principis aut communitatis insignitur.  
vid. *Beierling. lex: suo citat. loc.* apud Persas singulæ civi-  
tates peculiarem habuerunt monetam, quæ non alio lo-  
co valuit, quàm in quo erat cusa. Adam: *Olear. in Itin.*  
*Persic. p. 560.* de Tharete Patre Abrahamæ Patriarchæ *Lim-*  
*neus l. 3. c. 2. n. 60. ex Alb. de Rosar.* nonnulla anno-  
tavit, quæ cum notatu digna putaverimus, paucis hic  
adponemus. Reperi, inquit laud. Author, in quâdam  
scriptura cujusdam religiosi ordinis fratrum Eremita-  
rum super passione CHRISTI, quod illi triginta de-  
narii argentei, quibus Judas tradidit CHRISTUM Ser-  
vatores & Redemptores nostrum primi denarii fue-  
rint, qui in mundo fabricati erant, quos Thares Pater  
Abrahamæ, optimus faber, ad petitionem Regis Nini, filii  
Beli, fabricavit; deinde per multas manus pervenerunt  
ad Sorbonam Pontificem Hebræorum. In Græcia  
Philippum Regem Macedon: nummos sua imagine pri-  
mum signasse, unde Philippæi dicti sunt: vid. *Cellar. c.*  
*15. Polit. f. 13. Plinius l. 33. c. 3. refert.* Servium esse, qui  
primus Author signandi æris extitit: Æreorum num-  
morum Saturnum fuisse scribit Eutropius in histor: sua.

MunHh: 26, 15. C 27, 3.

200  
Sed cum tam variæ variorū sint opiniones, quæ omnes  
sua fundamenta habent, nullus certus Author ac inven-  
tor signandi æris fortè adduci potest

§. VII. Hoc itaq; omisso, nos accingimus ad  
Formam Monetæ S. Nummi Externam, quæ consistit I.  
in Imagine Principis, v. g. Ejusdem, cujus auctoritate cu-  
ditur Schönborn. l. 4. Polit. c. 30 Hinc Magnif. B. Carpzov.  
Comment. Jurid-Historic-Politico in L. Regiam c. 8. sec. 7. n. 6.  
scribit: Auf der andern seiten des Münz-Herrn oder Stans-  
des Wagen. mit samt seiner gewöhnlichen Überschrift und der  
Jahrzahl etc. Antiquam quoq; monetam publ. Impera-  
toris effigiem expressam atq; inscriptionem geslisse ad-  
firmat Beierling. lex. suo. Persarum Reges aureos  
nummos sua imagine consignasse legere est apud laud.  
Ben. Carpzovium l. c. n. 2. inde Darici appellati à Dario  
n. 3. Salmas. l. de Usur. c. 15. p. 441. Bodin. l. 1. c. 10. de Republ.  
Arnis l. 2. c. 7. de Jur. Majest. Sicut Philippæi quodgestarēt  
imaginem Philippi Regis Macedon: Cellar c. 15. Polit. §. 13.  
Et Illustris ac Generos: Dn. Vitus Ludovico von Seckendorff in  
parte 3. seines Fürsten Stats refert, quod Auf Anordnungē der  
hohen Obrigkeit wären allerhandt grosse Formen/ runde/ eckigt/  
dicke und dünne Bleche/ in kleinen oder grossen Werth darauß  
verfertiget/ und mit einen sonderbahren Zeichen/ etwa dem Bild-  
niß des Landes Herrn/ dem Wapen der Herrschafft/  
wormit sie ihre Briefe gesiegelt/ oder ihre Schiffab-  
nen bezeichnet haben/ oder sonst nach Belieben bemärcket  
und gepräget worden. Salmas. l. de usur. c. 15. refert  
quod Julianus Antecessor de mutatione solidorum san-  
civerit, solidos Romanorum Principum forma signa-  
tos, sine permutationis dispendio per omnes provincias  
ambulare. Fridericus II. ab expeditione Hierosoly-  
mitana rediens, corium sua imagine ab una parte, ab al-  
tera aquilæ signavit Henn. Arnis. l. 2. c. 7. de Jur. Majestat.

Et

Et Constantin: M. in aureis nummis imaginem suam  
ita curavit insculpi, ut pansis manibus instar precantis  
cœlum contueri videretur, quod genus nummi hac effi-  
gie sculpti, per omnes Roman. Imperii gentes volitavit  
*Cellar. c. 15. Polit. §. 14. qui ex Euseb. l. 4. de vita Constant. c. 15.*  
refert. Hinc Salvator noster apud Evang. Matthæum  
*c. 22. v. 20. & 21. Lucam c. 20. v. 24. & Marcum c. 12. v. 16.*  
ut convinceret Judæos subjectionis suæ, inquit. *Osten-  
dite mihi numisma census, qui cum obtulerint denarium,  
querit, cujus est imago?* Et Cæsaris esse Respondenti-  
bus; *Date igitur, ait, Cæsari, quæ sunt Cæsaris &c.* Ubi  
imago ista Cæsaris etiam in denario isto fuit impres-  
sa: & annotavit *Henning Arnif. l. 2. c. 7. de Iur. Majestat.*  
*ex Gunther. l. 3.* sequentem versum, qui testari optimè  
ac verè videtur imagines Cæsarum nummis fuisse im-  
pressas, ita sonantem:

*Cæsaris, & Domino sub Cæsare fulget imago.*

Cæsarum autem, Regum, Principum, Civitatum, alio-  
rumq; quibus jus cudendæ monetæ erat concessum,  
imagines hanc ob causam impressas fuisse arbitramur,  
ut unusquisq; statim percipere possit, cujus auctoritate  
moneta sit cusa *Salmas. de Usur. c. 15.* & si qua quædam  
adulterina inveniretur, quas privati ad lucrum suum  
clam percusserint *Salmas. de Usur. c. 16.* (quod tamen et-  
iam Reges olim facere non erubuerunt, cum tamen tur-  
pe sit in se committere, quod in alio Rex ipse reprehen-  
dere debeat *Arnif. l. 2. c. 7.* Quos inter alios fuisse Phi-  
lippum Bellum Regem Francorum quem Dantes Poeta  
accusat, dicens: quod primus inter Principes fuerit,  
qui numisma corrupisset, ac dimidiam æris partem ar-  
gento miscuisset; idem etiam fecisse Jacobum Regem  
Balearium, quod numismatum pretia mutasset, ac dete-  
riora fecisset. vid. *Bodin. de Republ. l. 1. c. 10. & l. 6. c. 30.*)

3022  
Isti corruptores digna pœna adficerentur: vid. *Carol. V. in Constit. Pan. artic. 3.* qui nullam distinctionem facit, inter monetas Principum aut Imperatoris, æquali pœna utriusq; adulteratores persequens. Sed cum jam non animus sit, de monetæ adulteratoribus & eorundem pœna multa proferre, hæc incidenter dicta sufficiant & pluscula videantur in fine disputationis, ubi fusius de horum poenâ, & quo pacto moneta adulterari possit, sumus acturi.

§. VIII. Sed cum nunc tractaverimus de primo membro Formæ Externæ, quod consistebat in Imagine Principis, necessarium esse judicamus ad alterum membrum nos accingere; Et consistit in Inscriptione v. g. Augustus Cæsar nummum argenteum nota Syderis Capricorni, quo natus erat, percussit *Schönb 4. Polit. 50.* Persæ modò cervum, modò caprum, piscem, serpentem, gallum, Diabolum & similes imagines in monetas suas cudi jusserunt, *Adam. Olear. Itin. Pers. l. 5. c. 6. p. 561.* Athenienses bobus, quibus substituerunt noctuas insigniebant. *Plutarch. vit. Lysand.* Corinthiorum signum Pegasus erat, Cephallenorum Equus, Chiorum imago Homeri, Romanorum effigies navis aut Jani Bifrontis fuit, ut ita ex cujusq; urbis nota nummi distingvi potuerint, *Vid. Salmas. l. de Usur. c. 15.* Servius Rex, nota pecudum æs primus signavit, unde pecunia appellata est, *Rosin. l. 8. 20. p. 381. Salmas. l. de Usur. c. 16. Limnaus l. 3. c. 2. n. 56.* Veteres Saxones & Principes imperii ante Carol. IV. circa annum 260. cum signo Leonis argenteas monetas fabricarunt *Rumelin. ad A. B. c. 10. p. 269.* Veteres Romani & Cæsares præsertim callidissimi gubernandi artifices devictis gentibus, omnibusq; provinciis suis non tantum tributa imperârunt, sed ea quoq; in certo monetarum genere

2023

ne & quidem argenteo plerumq; eoq; Romano in si-  
gnum subjectionis & recognitionis sui dominatus, fisco  
inferri voluerunt: Hujusmodi autem monetæ solebant  
non solum Magistratuū suorum titulos, sed ipsas quoq;  
expeditiones suas & victorias inscribere, ut passim apud  
Fulvium Ursin: in familiis Romanorum nominatim p.  
200, ubi habetur nummi pictura A. Plauti, Pompeji in  
Asia & proquæstoris & in averfa facie, Bacchi Judæi,  
Arabia Reguli, qui supplicum ritu, dextro genu nixus  
Camelum tenet & olivæ ramum, paci impetrandæ dex-  
tra prætendit: vid. *hac de re Reusn. Coron. 4. flor. 3. in  
Hortul: suo historic.* Veteres Romani itidem ex re pecu-  
aria suum præcipuè victum quærentes nummis effi-  
giem bovis, ovis & suis imponebant teste *Plutarch.  
Quest. Roman. 41. Limnaus de Jur. Publ. Imperii Roman.  
l. 3. c. 2. n. 56.* Johannes Biturigum Dux indultu Carol.  
V. Regis Francorum nummos omnium probatissimos  
ex auro puro puto conflavit ac pecudis villosæ figura  
signavit, *Bodin. de Republ. l. 1. c. 10.* Triumviri mone-  
tales nummos publ. suo arbitrio signabant, quamdiu  
Respubl. fuit popularis, his adjectis literis III. VIRI  
A. A. A. FF. quas Causis prætor Delphinatum sic inter-  
pretatur: Ære, argento, auro flavo ferunto, sed verio-  
rem hanc sententiam adhibere placet Triumviri auro,  
argento, ære flando feruendo, quod suppeditat jam laud.  
*Joh. Bodin. l. 1. de Republ. c. 10.* Primis temporibus ac et-  
iamnum Patibuli figuram Genuenses nummi præ se  
ferunt: vid. *Joh. Bodin. l. c.*

§. IX. Sed hæc de FORMÆ Externæ duobus  
membris breviter dicta sint: nunc videbimus de Forma  
Interna; quam consistere in Pondere, mensura atq; va-  
lore docent Politici. Primo itaq; agendum de pon-  
dere, cujus inventor qui sit variè varij statuunt. Alii  
Phi-

2024  
85  
Phidonem qui simul & mensurarum auctor habetur, esse credunt. *Salmas. l. de Usur. c. 15.* Sophocles in Nauplio de Palamede hanc inventionem tribuit Palamedi, quod ex dicto Auth. annotavit *Salmas. lib. supra dicto.* Sed dictus jam Author hoc modo has duas sententias conciliat, & scribit, Pondera Palamedem, mensuras autem cavas Phidonem invenisse. Est autem pondus quod propter usum consideramus certa numeri metallicę quantitas publica lege definita, cuię nummo attributa, vid. *Dan. Otto tract. de Jur. publ. c. 11. Th. 7. laudatus Dn. Vit. Ludovicus von Sectendorff in part. 3. seines Fürsten Stats p. 180.* Hęc de primo membro: alterum consistit in Mensura, cujus inventor quis fuerit, iam tum dictum est; fuerunt autem mensurę Homeri ævo in usu, ut essent nempe vascula, quę nempe hoc l. illud pondus caperent, ut hodie liquoris & grani *Salmas. l. de Usur. c. 15.* Nam quantitas olim fuit, quę nummo æstimationem posuit, non materia ipsa, *Salmas. l. c. Cellar. c. 15. Polit. s. 12.* refert argentum & aurum simpliciter magnitudine, mensura & pondere fuisse definitum. *C. Salmas. eod. l. cit.* inquit: Pecuniam tam auream, quàm argenteam non solum Veteres numerasse, sed etiam olim appendisse: Hoc altero itaq; neglecto tertium membrum contemplantur paucis: Consistit istud in valore. Fuit autem ipsum metallum rude, de quo supra diximus, antiquitus pro pretio mercium *Salmas. de Usur. c. 15.* deinde æstimatio nummi posita est, quę non à Principis & Reipubl. solum voluntate sed etiam ipsius metalli valore, unde flatum & formatum erat, pependit; valuit autem nummus interdum nihil, interdum plurimum, teste Aristotele, ex quo *Salmas. annotavit c. 16. & Cellar. c. 15.* Sed non nisi publica auctoritate & aliorum injuriis, ut cum necessitas & Reipubl. salus id efflagitavit, *Heider:*



in Systemat: Polit. p. 578. Cellar. Polit: c. 15. Quod autem  
justum esse debuit, pondus & valor, idem Magistratui &  
subditis testis est jam d. Heid: l. c. & antea citatus Dn à See  
ckendorff parte 3 des Fürsten Staats/ inquit, so erfordert die  
hohe Noth/ daß auch das Geld seine gewisse Güte und Masse  
habe. Und bestehet solche erstlichen in dem Gewichte / daß ein  
jedwede Münz in Golde und Silber oder Kupffer ihr ver-  
ordnetes rechtes Gewicht und Masse habe/ das andere aber  
in dem gehalt oder Schrot und Korn zc. Hæc ita si pro-  
cedunt, & accuratè observantur, non modò dignitas &  
authoritas Principis (monente Reinhard: Senior: Comit.  
Solmens: in Beschreibung von Ursprung des Adels: dann  
die Münze ist eines Fürsten Glaube/ und stehet sein Nahme/  
Wapen und Siegel darauf/ gleich wie auff einem Brieff/  
als eine gerechte gute Wahre.) Sed & ipsius Imperii diu-  
turnitas flos & incrementum judicandum est, Magnificus  
Dn. B. Carpzov: Comment: Jurid: Hist: Polit: in L. Regiam:  
c. 8. s. 7. n. 14.

## CAP. II.

### DE JURE MONETAM CUDENDI, PENES QUEM OLIM FUERIT, ET JAM SIT IN NOSTRO IMPERIO ROMANO-GERMANICO ET QUI- BUS CONCESSUM.

§. I. Sed hæc de pondere, mensura ac valore sa-  
tis dicta sint, ad rem ipsam igitur nos accincturi experi-  
mur, quod præter Imperatorem seu supremam Maje-  
statem olim jus cudendæ monetæ nullus habuerit Chri-  
stoph: Besold: Diss: Polit: Juridicæ de Jur. Majest. c. 8. Quippe  
Imperatoris quondam proprium fuit juxta Magnif. Dn.  
Benedict: Carpzov: in Comment: Jurid- Polit- Historico in  
Leg. Regiam c. 8. s. 7. n. 7. prælaudatum Illustr: ac Generos:

C

Dom:

545 226  
Dom: Vitum Ludovicum von Eckendorff / parte sua tercia  
libri sepius citati. Joh: Bodin: l. r. de Republ. c. 10. Nicol:  
Sabancorum Disputat: de Regalibus Th: 29. Zaf: de Fend:  
p. 5. n. 14. Somb: p. 5. n. 19. Dom. Conr: Carpzov: B. M.  
Th. 42. Disp: sua de Regal. Inde Constantinum Imperato-  
rem in monetis tantummodo Cæsaris eudendæ pecu-  
niæ studium voluisse frequentari testatur. Henric: Bo-  
cerus de Regal: c. 2 n. 223. & de Jur: Monet: c. 3. Hinc  
in Gallia cum Britannia Regulus nummum aureum  
suâ imagine percutere ausus fuisset, bellorum semina-  
rium inter ipsum & Regem excitatum fuisse Limn: l. 3.  
a. 2. n. 61. testatur. Et Perennis Prætorianorum Com-  
modi præfectus, quod nummos publicos sua imagine  
signaverat, capite damnatus est, teste Henning: Arnis: de  
Jur: Majestat: l. 2. c. 7. qui ex Herodot: l. 1. refert: Summi  
etiam exemplum in Ariandro Ægypti Præfecto potest,  
quem Rex Persarum ob idem delictum securi percuti  
jusit. Joh: Bodin: l. r. de Republ. c. 10. & nom: Arnis: l. d.  
Præterea etiam Cura monetæ, juxta Heiderum in memo-  
rato: Polit: System: p. 577. Christoph: Besold: dissert: Politico-  
Juridic: de Juribus Majest: c. 8. Petrum Gregorium Tholo-  
zan: l. 9. de Republ. c. 1. Th. 31. Arum: discurs: 5. ad A. B.  
Carolus IV. Imper: ad c. 10. ad Summam Majestatem seu ad  
Imperatorem spectat, cujus tamen valorem sine urgen-  
te & sufficiente causa immutare Imperator nequit,  
Magnif: Dn. Bened. Carpzov. Commentar. in L. R. c. 8. s.  
7. n. 8. Solius etiam Majestatis seu Imperatoris fuit,  
qualitatem monetæ dare, h. e. constituere, quantum au-  
ri, argenti, ferri vel alterius metalli debeat immisceri,  
vid. Christoph: Besold: diss. Polit-Jurid. de Jurib. Majestat.  
c. 8. Magnif: Dn. Bened. Carpzov: Comment in L. R. c. 8.  
s. 7. n. 12. Similiter etiam de proportione auri ac ar-  
genti leges ferre vid. Land, Dn. Carpzov. l. d. & Citat.

Be-

207/2505

*Besold.* ibid: Solius etiam Majestatis fuisse, materiam præscribere, ex omnibus hac de re constitutionibus evidenter constare videtur, *Henning: Arnis: de Jur. Majestat. l. 2. c. 7.* Tantum enim valet nummus, quantum Majestas ipsum valere jubet, quippe quæ efficere posset, ut etiam papyraceus vel coriaceus in eodem pretio haberetur, quo aureus, vid: cit: *Auth:* Nam ipsius ponderis æstimatio à Principe dependet & consuetudine; Consuetudo autem & Princeps pari passu h. l. ambulant; Præterea & habuit Imperator jus concedendi facultatem monetæ cudendæ *Besold. dissert. Polit-Jurid de Jur. Majest. c. 8. Dn. Conrad. Carpzov. B. M. disputat. de Regal. c. 42.*

§ II. Ex quorum nonnullorum indultu Regibus inferioribus, Ducibus ac Rebus publ. nec non civitatibus nonnullis facultas data est cudendi monetam è quovis metallo probato, *Vvandlerus l. 2. Philosoph. Practic c. 1. §. 2. Præcept. 6. & Beierling: in Lex: suo lit. M.* ut Fridericus I. Imperator capta Derthona Cremonensibus amicis, honoris loco jus signandæ pecuniæ concessit: vid: *Citat: Beierling: Lex: lit. M.* qui ex Sigon. l. 12. annotavit. Lucio III. Pontifex jus Friderico I. Imperatore adfentiente indulgit, ut pecuniam cuderent cives Lucenses Thusciam, Marchiam, Romaniam, Campaniam communè ex *d. Sigon. l. 14 Crantz. c. 9. Metrop. c. 1. collegit d. Beierl. citat. loc.* Quomodo Genuenses & Placentini à Conrado III. German. Rege pecuniæ signandæ jus impetrarint, & in hunc usq; diem accepti beneficii monumento, nummos aureos ipsius Conradi Regis nomine signent vid: *dict. Auth: Sigon. Regni Itall: l. 11.* quomodo autem Henricus III. jus signandæ monetæ Episcopo Patavino indulserit. *vid. l. 8.* At quomodo Henricus IV. Bononiæ in Episcopatu hospitatus, novum jus civitati

2028

eadendæ monetæ concesserit, ita ut primus nummus ab una parte Henrici, ab altera Bononiæ nomen habuerit, à qua etiam appellationem accepit, ut Bononiensis dictus sit. vide sis *l. 15. d. Auth.* Quam ob causam Otto III. Erponi Verdensi Episcopo libertatem argentum eudendi dederit, ut solennes nundinas ubicunq; locorum intra sui Episcopatus limites indiceret, notat *Crantz in Metrop. l. 3. c. 36.* addatur *Beierling in Lexic. suo Lit. M.* Quomodo Otho V. Bojorum Dux rejecta pecunia veteri Ratisbonensium, quorum nummi sexaginta drachmam valebant, novum numisma Landeshutæ fecerit, eoque nummos nec alios in Bojaria recipi iusserit. *Avēt. l. 6. Annal. Bojorum* testatur. Quomodo Veneti à Rudolpho monetæ jus, non quidē simpliciter, sed ejus quæ in Regni Italici vicinis locis possit & debeat valere, consecuti sint, vid. apud *Nobiliss. Dn. Herm. Conring. l. 2. de Finibus Imperii Germanic. c. 23.* Quomodo in Regno Galliæ Johannes Biturigum Dux concessione Regiæ, auream cudendæ monetæ, quomodo Ladislaus Poloniae Rex Episcopo Posnaviensi & Archiepiscopo Gnesnensi indulserit jus istud cudendæ monetæ, vide sis apud sæpe laudat. *Limn. l. 3. c. 2. n. 61.* Deinde per abusum res eò rediit, ut omnes penè Reges hoc jus impetrârint, qui deinde Principibus seu statibus Imperii hoc jure simul uti prohibuerunt, quo tamē in nostro Imperio Roman-Germanico multo utuntur, de quibus mox sumus acturi: In toto quippe Hungarorum ambitu nemo præter Regem, monetam vel Telonium habuit, *Magnif. Dn. Bened. Carpzov. Comment. in L. R. c. 8. s. 7. n. 3. & Henning. Arnif. de Jur. Majestat. l. 2. c. 7. & Politic. c. 12. ad fin.* Jus istud signandæ monetæ Carolus M. adeo pro Regali habuit, ut alibi, quam in ipso palatio cudi monetam noluerit *Sixtin. de Regal. l. 2. c. 7. n. 18.* Hodie  
An

2029

Angliæ Rex Jus feriendæ monetæ ita sibi proprium  
habet, ut eam alibi, quam in Turri Londinensi insi-  
gniri non patiatur, *Magnif. Dn. Benedict: Carpzov: l. d.  
n. 4. Henning: Arnif. de Jur. Majestat. l. 2. c. 7.* olim au-  
tem ita factum esse putant: & scribit *Limn: l. 3. c. 2. n. 61.*  
quod in Anglia penes Cantuariensem Archiepiscopum  
fuerit jus procudendæ monetæ, à prisca lege Regis Æ-  
thelstani latum *ann. 924. 940.* edixit quippe Æthel-  
stanus Cantuariæ, ut monetarii septem essent, quo-  
rum quatuor Regi, duo Præsuli ac unus Canobiarchæ  
operas præstarent; Eiusdem constitutione, monetarii  
tres in civitate Roffensi, duo Regi, unus Episcopo:  
Londini octo, Hamtonæ, Vintoniæ, Excestriæ, aliisque  
oppidis majoribus instituti. Reges Bohemiæ inter  
alia Regalia, etiam jus cudendi nummos tam aureos  
quam argenteos ex antiquissima usurpatione, quam  
Imperator Car: IV. postmodum in vim legis valere iussit,  
habere ex ipsius *A. B. c. 19. Tit. von der Münze* satis liquet.

§. III. In nostra autem Republica Romano-Germa-  
nica jam potestas illa est penes Imperatorem & Imperii  
status communiter, *Plurimum Reverend. Dn. Balthaf:  
Cellar: c. 15. Polit:* Et non solum Regi Bohemiæ, cujus  
jam mentionem fecimus, verum etiam Electoribus ce-  
teris omnibus, tam jus aureæ quam argentæ cudendæ  
monetæ ab Imperatore est indultum, imo eò tandem  
res rediit, ut ad inferiores status sit translatum, vid:  
*Dn. Conrad: Carpzov. B. M. disputat: de Regal Th. 42. &  
Joh: Kitzelii Tractat: de Jur: Monet: Clas: 1. Th. 7.* scri-  
bentis: In Imperio nostro Roman-Germanico omni-  
bus Electoribus & Principibus tam Ecclesiasticis quam  
Politicis, multis etiam Comitibus & Civitatibus Impe-  
rialibus, imo etiam nonnullis civitatibus Municipali-  
bus (quæ aliis Regalibus destituuntur *H. Arnif. l. 2. de  
Jur: Majestat: c. 7.*) ex concessione generali vel speciali

RD30  
1505  
feu consuetudine temporis immemorialis competit;  
*Limn. l. 3. c. 2. n. 62.* qui hæc in verba erumpit: In nostro  
Imperio Romano - Germanico non tantum Electo-  
ribus, verum etiam reliquis inferioris ordinis sta-  
tibus fermè indistinctim Jus monetæ signandæ, est  
concessum. Necnon *Illustr: ac Generos: Dn. Seckens-  
dorff in parte 3. des Teutschen Fürsten Staats* inquit  
Aber mit der Erblichen Erhebung der Fürstenthümer in  
Teutschlandt / seind nicht allein die teutschen Fürsten/  
Graffen/ Herren/ sondern auch Reichs Städte von dem  
Kaiser damit begabet / oder haben es sonst in alten herbrin-  
gen/ wie dann auch etliche Land-Stände/ durch nachsehen  
ihrer Ober Herrn / sich dergleichen angemasset/ also daß es  
nach teutschen Gebrauch fast gemein worden / Und eben  
kein unfehlbar Zeichen eines hohen und freyen Reichs-Stands  
des mehr ist. Testes etiam sunt *Recess: Imp: de ann. 1551.*  
und sollen deswegen ic. item *Rumelin. dissertat 8. ad A. B.*  
*Carol. IV. c. 10. Th. 30.* Privatis autem Personis jus cu-  
dendæ monetæ dare nefas olim putarunt, hinc Ro-  
mani admodum in hac parte cauti fuerunt, qui jus il-  
lud iisdem privatis concedendū esse prorsus recusarunt.  
Si enim permitteretur incommoda multa inde fo-  
rent secutura, quod hodiernam Experientiam abundè  
testari ac docere dicit *Christoph: Besold Discurs Pol: de A-  
rar. Publ. c. 6.* Et *Limn: l. 3. c. 2. n. 63. verbis Budelii l. 1. c. 4.*  
*n. 5. & Reusneri Consil. 7. n. 36. vol. 3.* inquit: Pernitio-  
sum esse, ut privati concessio monetæ conflandi jure  
utantur, Reipublicæq; merito improbandum, æq; ut  
cessiones, venditiones, locationes privilegii monetarii.  
Contrariū autem non uno in loco videmus, morib; &  
consuetudine receptum esse, ut privati quoq; hodie  
concesso monetandi jure utantur, *Nicol: Reusn: Consil:*  
7. n.

2031  
JEW

7. n. 36. volum. 3. Limn l. 3. c. 2. n. 63. qui ex Budel.  
de re nummar. l. 1. c. 4. n. 5. refert: Arum. discurs.  
Quint: ad A. B. Carol. IV. Imper. ad c. X. Th. 9. Rumelin. ad  
A. B. dissert. 8. Carl. IV. Th. 31. Ex Anton. Hanfmann. de  
re monetar: Resol. 11. lit. e. hæc refert: Et certissimum est  
Cæsares nostros, jus monetæ privatis communicasse.  
Dom. Conradus Carpzovius B. M. in disputat. de Regal.  
Th: 42. Rudolphum cuidam civi privato Regale mo-  
netandi jus concessisse, testatur Anton. Hanfman. disputat.  
de re monetar: resol. 11. lit. e. in allegat. ad fin. Similiterq;  
Antiochus Demetrii filius Simoni Sacerdoti & Prin-  
cipi Judæorum cudendæ monetæ potestatem fecit, ut ex  
illius ad Simonem Sacerdotem ac Principem literis,  
quæ 1. Maccab c. 15. extant videre est, cujus verba inter alia  
hæc sunt: Darum erlasse ich dir alles / so dir die Könige zuvor  
erlassen haben / und gebe dir Gewalt Eigene Muntze zu  
schlagen in deinem Lande. Sed quia eo usq; tandem eva-  
gata fuit facultas ac liberalitas ista, ut etiam ad inferio-  
res status jus monetandi non solum derivatum sit, sed  
etiam privatis id concessum, ut jamtum diximus ac de-  
monstravimus, etiam sancitum est ac ordinatum h. m.  
recte Arum. discurs. 5. ad A. B. Carol. IV. in Recess. Imperii  
de ann. 1551. Sollen die Behen des Hl. Reichs Kraiß Fürs-  
ten / so das Aufschreiben der Kraiß Rächte in brauch haben /  
ihre mit Kraißverwandten / so Münzens Freiheit habē / ohne  
Verzug auf einen benannten Tag / an gewöhnlicher Wahl-  
statt zusammen zufordern / und zum förderlichsten ein ieder  
Kraiß / besonder eines gemeinen Waradeins oder probierens  
aufzunehmen sich vereinigen / dann sein gebührlich Lohn / von  
dem Kraiß / von dem der aufgenommen wird / bestimt 2.  
Quibus etiam Regale hoc monetale cum certa ali-  
qua prærogativa competit, incumbit, certos Senatus  
circulares & conventus exploratorios habere itemq;  
edi-

132  
180  
2032

edicta monetaria particularia facere *Joh. Kitzel. Tractat. de Jur. Monet. Clas. 1. Theor. 7.* Nam Princeps & alii inferiores Principali dignitate illustres in suis provinciis Imperatorem repræsentant, in iis quidem, quæ Jure Magistratus veniunt, tantum enim in territoriis suis possunt, quantum Imperator in universo Imperio *Christ. Liebenthal. Colleg. Politic. Exercit. 7. Th. 25. Et Theod. Reinking. de Regim. Secular. S. J. Rom. l. 1. Clas. 3. c. 11. n. 20.* Siquidem in Constitutionibus Imperii tam integris circulis ejusdem, quam singulis etiam Magistratibus permissum non duntaxat, sed mandatum etiam est, pro excludendis improbis monetis & inhibendo ulteriori abusu rei monetariæ particularia edicta monetaria facere & adfigere, modò edictis monetaribus Imperii consentanea & non contraria sint *Recess: Ratisbon. de Ann. 1594. §. Darneben sollen die Kraiß etc. & Recess. Imp. de ann. 603. §. und dieweil fast allwegen etc.* Idcirco Imperator & quidem alius superiorem non recognoscens, proprio jure sibi vindicat monetæ potestatem & usurpat. Reliqui verò Inferiores, Imperatoris, aut alterius Regis superiorem non recognoscentis, beneficio id usurpant *Rumelin. dissertat. 8. ad A. B. Carol. IV. Imperat. c. 10. Th. 30.*

§. IV. Hodie convenit Imperatori ut penitus nemini, cujuscunq; status vel conditionis existat, citra consensum & ordinationem Electorum, Jura Majestatis s. Regalia majora, inter quæ etiam privilegium cudendæ monetæ referendum est, concedat. *Dn. Conradus Carpzovius B. M. disputat. de Regal. Th. 42. A. B. Carol. IV. Imperat. c. 10. Magnif. Dn. Benedict. Carpzov. disputat. de Regal. Fisci c. 4. Th. 102. Capitul. Rudolph. II. §. Nemini etiam &c. ex quo annotavit Rumel. Dissertat. 8. ad A. B. Carol. IV. Imperat. Th. 31. Joh. Kitzel. Tractat. de Jur.*

Mo-



2033  
75

*Monetar. Class. 1. Theor. 7.* Ipsemet, inquit, Imperator sine scitu & voluntate statuum Imperii, civitatum municipalium jus monetarium pluribus concedere, aut super re monetaria solus statuere nō potest. Idem Magnif. Dn. Bened. Carpzov. in Capitulat. Caesar. Ferdinandi III. §. 31. Wir sollen und wollen auch hinführo ohne Vorwissen der 6. Euhfürsten/niemandes wes Standes oder Wesens er sey mit Munksfreyheit begaben oder begnädigen. vid. quoq; Limn. de Jur. Publ. Imp. Roman. l. 3. c. 2. n. 62. qui ex Capitulat. de ann. 1612. Matthia 1. Imperat. Francofurt. infert, notavit; vid. etiam Arum. Disc. 5. ad A. B. Carol. IV. Imperat. c. 10. Th. 9. ex Casiodor. l. 5. var. Epistol. 39. referens. Ideo in Capitulatione novissima Imperator permisit, se sine consensu Electorum in posterum, nulli statui jus monetandi concessurum Tob. Baurmeist. de Jurisdic. Imp. Roman. l. 1. c. 4. num. 26. ex quo Dn. Conrad. Carpzov. B. M. in disp. sua de Regalib. habitæ Th. 42. refert. ne scil. quod specialiter in usum publ. constat inventum, in privatorum transeat compendium Casiod. l. d. Quamvis autem nunc multis sit concessum indulgentia Imperatorum monetam cudere, at istis tamen observandum venit, quod nempe alii auream monetam, alii argenteam, alii auream argenteam simul cudere possint, quod ultimum hocce ejusmodi Regale est, quod osibus Principis cohæret Wesenbec. consil. 60. n. 31. Perfarum Imperatoribus argenteam monetam quidem conflare licitum fuit, sed auream minimè Limn. l. 3. c. 2. n. 61. Arum. discurs. 5. ad A. B. Carol. IV. Imperat. c. 10. Th. 9. ex Procopio idem recenset. Item alii Barbari Imperatores Justiniani temporibus jus argenteam monetam cudendi usurparunt, sed ab aurea tamen se abstinere debuerunt, vid. d. Arum. l. c. Romani cum in privilegiis omnib<sup>9</sup> nummos & æreos & argenteos cudi permit-

D

terent,

134  
2074  
terent, ex auro tamen conflare vetuerunt: *Joh. Bodin. l. 1. de Republ. c. 10.* & sibi solis cudendos reservârunt *Henning. Arnif. l. 2. de Jur. Majestat. c. 7. ex Procop. l. 3. belli Gothici memorat.* Angliæ Regi Vicario per inferiorem Germaniam constituto, adjunctam quoq; fuisse potestatem & argenteos & aureos cudendi nummos, idem *Arnif. ex Frossar. hoc annotat:* Item Electores egregio hoc privilegio gaudent, quod potestatem habeant, & conflandi auream, argenteamq; monetam. *Limn. l. 3. c. 2. n. 61. Arum. discurs. 5. ad A. B. Carol. IV. Imperat. c. 10. Thes. 9. Dn. Conrad. Carpzov. B. M. disput. de Regal Th. 42.* Idem ipsis hoc denuo confirmat Imperator, ac ceteris simul Principibus ac Electoribus de novo indulget: *Rumlin. dissertat. 8. ad A. B. Carol. IV. Imperat. Th. 29. Sed Anton. Hansman de re monet. Resolut. 10. l. d.* hoc principaliter de auro intelligendum putat, cum non tantum Veteres Saxones circa *ann. 260* cum signo Leonis argenteas fabricarint, sed & Principes Imperii ante *Carol. IV. Imp:* monetandi jus exercuerint. Quod tñ jus cudendi auream monetã, quod ceteris non commune est, etiam nonnullis Imperii Statibus concessum esse apparet ex *ordin. monetar. Ferdinand. 1. de ann. 1559. §. die güldene Münze belangend.* Quibus autem jus istud cudendi omnem monetam ex quacunq; materia sit concessum, varia sunt præscripta, quæ observare debent; Sic certa numismatum genera cudere nec alia ferire iisdem licet, inter quos tamen ut jamtum fuit prolatum, nonnulli prærogativa aliqua utuntur præ cæteris, quales sunt Electores & alii quidam imperiorum *es Rumlinus dissertatione 8. ad A. B. Carol. IV. Imper. c. 10. Th. 30.*

S. V. Sed

203

§. V. Sed beneficio hoc minimè licet abuti.  
Nam inquit Ferdinand: III. So wir aber beständig befinden/ daß die jenigen Stände/ denen solches Regal und Privilegium verliehen/ dasselbe/ dem Münz edict zugegen mißbraucht/ ihnen dasselbe vermöge der disposition in denen hierüber verfasseten Constitutionen, nicht allein suspendiren, sondern die jenigen/ welche dasselbe Regal nicht mit der Churfürsten Bewilligung erhalten/ desse ganz priviren, und ohne Vorwissen der Churfürste darzu nicht restituire &c. *Capitulat. Cesar. Ratisbon. de ann. 1636. data: vid. etiam hac de re Bodin. l. 1 de Republ. c. 10.* Verùm hoc jus suum, quod à Summa Majestate accepit, aliis vendere nemini licet, neq; aliis locare, aut aliò modo concedere, sed Ipsemet eo jure uti debet; ut disertè constitutum est, *in Recess. Imp. de ann. 1551. §.* So haben wir uns auch mit Churfürsten *zc. & seqq. verb.* Dergleichen die jenigen/ so von uns/ oder unsern Vorfahren im Reich/ mit dem Regal der Münz Freyheit begabet seynd/ solche Münz Freyheiten niemands andern/ wer die wären/ verkauffen/ verleyhen/ oder in ander wege vergönnen oder zustellen sollen / sondern sich derselben selbst zu gebrauchen *zc. item de ann. 1520. §.* Also daß auch die Münz Gerechtigkeit keine Mercantz *zc. ibid.* Derhalben wollen wir nochmals allen und ieden/ so Münz gerechtigkeiten haben/ hiermit ernstlich geboten haben/ ihre Münze durch keinen weg andern zu verkauffen/ zu verleyhen oder verlegen zulassen *Et Illust: ac Generos. Dn. Veit Ludwig von Seckendorff part. 3. des teutschen Fürsten Staats;* Dahero auch verboten/ solches Münzrecht zu verbachten oder umb ein gewisses Beding/ andern damit werben und handeln zu lassen; Et hoc addere placet, quod omnia pacta & instrumenta adversus hanc probationem facta pro nullis & irritis habenda sint, quod confirmat ipse

*Recess. Imper. de ann. 1594. §. Wir ordnenen/wollen und gebie-*  
*ten auch ic. Quod autem Imperator jure & potesta-*  
*te cudendi monetam ad salutem & honorem Impē-*  
*rii ac subditorum uti teneatur, asserit Magnif. Dom. Ben.*  
*Carpzov: Commentar in L. R. c. 8. f. 7. n. 8. Joh. Kitzel.*  
*Tractat. de Jur. Monetar. Clas. i. Theor. 8. Dominus*  
*Conrad. Carpzov. disputat. de Regal. Th. 42. Barthold.*  
*Keckerman l. i. Polit. c. 21. & juxt. Recess. Imp. de ann 1570. §.*  
 Alsdann auch die Münzgerechtigkeit kein Mercanz/sondern  
 unser Kaiserliches Regal/ so die Münzstand aus unsern son-  
 dern Vertrauen/ nicht zu ihren selbst gesuchten Vorteil/  
 sondern wie wir selbst/ dem Hl. Reich zu Ehren und  
 Wohlfarth gebrauchen sollen: Ita & justam monetam si-  
 ne justa & urgente causa mutare non poterit, *Laudatus*  
*Dn. Conrad. Carpzov. B. M. disputat. de Regal. Th. 42.*  
*Magnif. Dn. Bened. Carpzov. Comment. in L. R. c. 8. f. 7 n.*  
*8. Plur. Reverend. Dn. Bathas Cellar. c. 15. Polit. §. 7.*  
*Joh. Kitzel. Tractat. de Jur. Monetar. Clas. i. Th. 9. Sixtin.*  
*Tract. de Regal. l. 3. c. 7. n. 37.*

§. V. Sed secus qui fecerit & in juste, aut sui lucri  
 causa monetam probam & antiquam reprobaverit, gra-  
 viter peccat, & notabile crimen falsi committit;  
 quia in jure divino quælibet falsa mensura est prohibi-  
 ta, *Deut c. 15 v. 14. & 15 Joh. Kitzel. l. supra dicto.* Jus  
 enim mutandi monetam certamq; æstimationem ac  
 valorem ejus constituendi etiam ad Regalia pertinet  
*Sixtin. de Regal. l. 2. c. 7. n. 32.* Reges Arragonum,  
 cum imperii sacris initium fecere, jurare soliti sunt,  
 quod antiquæ monetæ leges non sint violaturi. *Joh.*  
*Bodin. l. 6. de Republ. c. 3. Magnif. Dn. Bened. Carpzov.*  
*Comment. in L. R. c. 8. f. 7 n. 17. Hennig. Arniss. l. 2. de*  
*Jur. Majestat. c. 7.* Hincq; Venetorum natum est en-  
 comium, quod eorum nummi haut varientur. vid. sæpe  
 laud.



laud. *Dn. Bened. Carpzov. d. l. n. 18.* Nec minorem  
 laudem reportavit Marc. Gratidian. Tribunus Plebis  
 & gloriam propè immortalem promeruisse dicitur,  
 quod certum omnium numismatum pretium Romæ  
 constituerit; Tantum sibi ac posteritati suæ gloria pe-  
 perit, ut ei vicis omnibus statuæ dicarentur & ad eas  
 Thus accerei accenderentur *Joh. Bodin: l. 6. de Republ.*  
*c. 3.* Exiguam, imò nullam laudem promeruisse, sed  
 graviter peccasse Antoninum Caracallam in reprobatis  
 numis cudendis, ut in ejus vita testatur Xiphilinus ex  
 Dione: Antonino Caracallæ, inquit, cum cetera omnia,  
 tum nummus adulterinus erat. Nam pro argento, au-  
 rove, quod nobis dabat, plumbum argentum & æs  
 inauratum parabat, scribit *Reg. Sixtin. tract. de Regal.*  
*l. 2. c. 7 n. 13.* Verùm si ex mutatione monetae nullum  
 damnum Respubl. & subditi sentiant, (Nam nihil in  
 Republ. magis perniciosum esse, quod subditis incom-  
 modum adferat, nec magno aliquo emolumento Rem-  
 publicam beet, putat *Christoph. Besold. in Discurs. Polit.*  
*de arar: c. 6. n. 12.*) optimo jure mutari potest *Dem. Contr.*  
*Carpzov. B. M. Disputat. de Regal. Th. 42. Magnif. Dn. B.*  
*Carpzov. l. c. n. 8.* Etiam monetam & in casu necessitatis  
 (*d. Bened. Carpzov. l. saepe dicto n. 19. Christoph. Besold:*  
*Dissertat. Polit. Juridica de Jur. Majestat: c. 8.* Secus qui  
 fecerit, jus gentium ac commerciorum violat *Sixtin: de*  
*Regal. l. 2 c. 7. n. 59*) Et propter utilitatem publicam  
 mutare seu valorem eidem justo majorem imponere  
 principi licitum est; Pro rebus autem subditis ablatiis  
 precia sunt iisdem restituenda *Joh. Kitzel. Tract. de Jur.*  
*Monetar: Clas 1. Th. 9. Sixtin: de Regal. l. 2. c. 7. n. 71.*  
*Laud: B. Carpzov: l. d. n. 21.* Vitiosæ quoq; monetae  
 mutationem Principi maximè licere ex illust ac *Generos:*  
*Dn. Viti Ludovici von Seelendorffs part. 3. des teutschen*

ebies  
 sta-  
 pe-  
 Ben.  
 zel.  
 inus  
 old.  
 10. §.  
 Bern  
 son  
 weil/  
 und  
 n fi-  
 tus  
 42.  
 7 n.  
 7.  
 tin.  
 icri  
 gra-  
 tit;  
 ibi-  
 Jus  
 ac  
 nec  
 am,  
 int;  
 Joh.  
 ov.  
 . de  
 en-  
 epe  
 uel.



2038  
7805  
Fürsten Staats patet, ubi scribit, Es sollen auch die Stände  
del alle Jahr in iedweden Kraise Zusammenkunfften/ zu Pro-  
bierung derer in Kraiß geschlagenen und examination der  
Frembden darein gebrachten Münze / halte / die ungerechte  
Sorten abschaffen und verbieten / re. Dn. Conrad: Carpzo:  
B. M. disputat: de Regal: Th: 42. Joh: Kitzel: Tractat: de  
jur: monetar: Cl: 1. Theor: 7. Magnif: Dn. Bened: Carpzo:  
Comment in L. R. c. 8. § 7 n. 9.

§. VI. Temerariam autem & insolitam mone-  
ræ mutationem, plerumq; magnorum malorum in Re-  
publ. præfagium esse testatur Heider: in Systemat: Polit:  
c. 3. de Rerumpubl. adjument. Christoph: Besold: discurs:  
Politic: de arar: c. 6. n. 1. & discurs: Polit-Juridic: de Jur:  
Majest: c. 8. Frequentem mutationem & fraudulen-  
tiam nummi pejorati admodum nocivam Joh. Limn. L.  
3. c. 2. n. 66. esse demonstrat verbis Henning: Arnif: l. 2.  
de Jur. Majest: c. 7. quod nim: rerum mensura mutata vel  
ea turbata omnia reliqua mutari & turbari necessum  
sit, Magnif. Dn. B. Carpzo: Commentar: in L. R. c. 8 §. 7.  
n. 1. Præsertim autem cum nummus mensura esse debe-  
at, ad quam omnia commensurantur Christoph Besold:  
dissert. Polit-Juridic. Majest: c. 8: inde proverb. hoc  
German: vetustissimum ac usitatum quoddam, ita so-  
nans; wie das Geld / also ist auch die Welt: Et Latini non  
inelegans posteritati reliquerunt tritum hoc sequens:  
*Discitur ex nummis, quam se mala tempora mutant.*  
Et quasi ex oraculo prodiit sententia Besold. disc. Polit.  
de Arar. c. 6. è Bodin. l. 6. c. 3. ferme ab initio scribente:  
At non modo nõ corrumpi moneta, sed ne mutari qui-  
dem potest, sinè incommodo civitatis, quoniam muta-  
tio pretii ac materiæ numismatum census etiam ac  
bonorum cujusq; dubitationem adfert. Quo fit, ut  
nemo, quot in bonis habeat constituere possit, incerta  
sunt

2034

sunt pacta, convēta, quæ versantur in societatib<sup>9</sup>, tutelis  
fiduciis, mandatis, reb<sup>9</sup> empris, venditis, locatis, condu-  
ctis, quibus vitæ societas continetur; incerti redditus,  
vectigalia, tributa, deniq; pænæ ipsæ ac præmia, quæ à  
legibus & iudicibus irrogantur, incerta sunt futura, po-  
tremo ærarii opes, ac multa tum in publicis, tum in  
privatis reb<sup>9</sup> rationibusq; dubia ac suspensa fore necesse  
est; *Et Sixtin: de Regal. l. 2. c. 7. n. 53 ex Leone Philosoph.*  
*refert.* Certè mercatorum vulgus, quiq; alioquin  
manibus cibum quæritant, & deniq; universa rustico-  
rum natio, dum antiquata ea, qua hætenus usi sumus  
pecunia, alias res necessarias sibi parare non possunt, in-  
perquam angustas adiguntur angustias. Ceterum mo-  
netæ mutationem efficere ut infinitæ lites oriantur te-  
stis est *Christoph. Besold. dissert. Polit. Jurid. de Jur: Ma-*  
*jestat. c. 8. Hinc jam laudat. Joh. Bodin. l. 6. de Republ. c. 3.*  
*refert.* Quod Petrus IV. Rex Arragonum nullam diri-  
piendi Regis Balearium probabiliorem causam arri-  
puisse dicatur: quàm quod numismatum pretia mutas-  
set ac deteriora fecisset *vid. quoq; Regn. Sixtin. de Regal.*  
*l. 2, c. 7. n. 49.* Ex quibus jam dictis intelligitur, nummis  
à Principe ipso lege & auctoritate corruptis seu mutatis  
quanta pernitias ad Rempubl perventura sit: *Joh. Bodin.*  
*l. 6. de Republ. c. 3. Sixtin: de Regal. l. 2 c. 7. n. 53. Magnif.*  
*Dn. Ben. Carpzov. Comment. in L. R. c. 8. § 7. n. 27.*

§. VII. Et hæc dicta sufficiant de Jure cudendæ  
ac mutandæ monetæ, cum autem non abs re esse videa-  
tur de monetæ corruptoribus aliquid in medium pro-  
ferre. Statuimus, quod monetâ qui corrumpant, tingant,  
vel alio modo lædant, crimē falsi committere ac pœnæ  
maxime reos esse, imò & eos qui monetam formaverint  
absq; privilegio legitimè quæsito in crimen Majestatis  
incurrere *Dn. Conrad. Carpzov. B. M. disput. de Regal.*  
*Th. 44.*

205  
W 90

*Th. 42. Christoph. Besold. dissert. Polit-Jurid: de jur. Ma-  
jestat. Stren. ac Nobiliss. Dn. Zachar. Brühshenck/ von  
Lindenhorn disput. de crimin: læsæ Majestat: Sixtin: de Regal.  
l. 2. c. 7. n. 26. l. 2. c. de Fals. Monet. cujus pæna secundum  
jus commune ignis est, Constitut: crimin: Carol. V. art. III.  
ubi hæc verba habentur; Die sollen nach Gewohnheit  
und Rechten mit dem Feuer vom Leben zum Tode gestrafft wer-  
den. Sed quum hæc non ordinaria pœna falsæ monetæ  
fit, quippe in l. ult. c. de Fals. monet: in specie nulla pœna  
exprimitur, sed ita delinquens pœnam, quam meretur  
excipere debere dicitur, & judicis arbitrio puniendus  
est Sixtin de Regal l. 2. c. 7. n. 3. Qui veri ac justî pon-  
deris ac valoris monetam propriâ auctoritate percusse-  
rint, in crimen læsæ majestatis incurrere eosq; gladio  
puniendos esse testantur sæpissimè citati Magnif. Dn. B.  
Carpzov. B. Comment. in L. R. c. 8. s. 7. n. 7. Dn. Conrad.  
Carpzov. B. M. disputat. de Regal Th. 42. prænominatus  
Dn. Zach: Brühshenck/ von Lindenhorn/ disp: de Crim. læsæ  
Majestatis Th. 10. Nicol Sabancor. disputat. Jurid. de Regal.  
Th. 25. inquiens. Qui illud jus feriendi monetam non ha-  
bent, quamvis non adulteretur, pœnas sceleris depen-  
dent: Johann. Bodin. l. 1. de Republ. c. 10. Sixtin: de Re-  
gal. l. 2. c. 7. n. 109. Dicitur autem is adulterare mone-  
tam, qui illam radit. vel tingit, hoc est Auro vel argento  
cooperit, ut aurea vel argentea tota videatur. Beierling.  
in Lex: suo Lit: M. Potest verò id tribus modis fieri  
(1.) Ratione materiæ, quæ pura non est, sed admixtam  
habet vilioris metalli speciem (2.) Ratione ponderis,  
ut destituta sit, pondere constituto (3.) Ratione For-  
mæ; Si non habeat impressionem monetæ currentis.  
Beierling: l. d. videri etiam potest, der peimlichen Halsger-  
ichts Ordnung artic. 3. cujus verba hæc sunt: In dreyerley  
weise wird die Münze verfälschet (1.) Wann einer unrechts  
Metal*



(-2041)

Metal zur Münze setzet (2.) Wann einer der Münze ihre rechte schwere gefährlich benimt (3.) Wann einer betrügllicher weise eines andern Zeichen darauf schläget. Falsam itaq; cudens monetam reus læsæ majestatis dicitur. *Sixtin: de Regal. l. 2. c. 7. n. 24. Rumlin. dissert. 8. ad A. B. c. 10.* Qui ergò monetam partim tinxerit, partim finxerit, jure antiquo, si liber est, ad bestias damnatur, si servus, ultimo supplicio adficitur *l. 8. D. ad l. Cornel. de Fals. Sixtin. de Regal: l. 2. c. 7. n. 130. Nicol: Sabanc. disput. Jurid: de Regal: Th. 25. & l. 2. C. de Fals: Monet: ubi iis, qui falsam cudunt monetam, nummos falsos fusione formant, flammaram exustionem paratam esse debere Imperator dicit. Et jure communi adulterans s. falsificans monetam, quando ab eo fit, qui potestatem non habet exuritur. Beierling. lex. suo lit. M. Magnif. Dn. Bened. Carzov. Comment. in L. R. c. 8. § 7. n. 7. Heid. Philosoph. Polit. Systemat. c. 3. de Rerumpubl. adjument: Nicol: Sabanc. disput. de regal. Th. 25. l. 2. C. de Fals. Monet. Illust. ac Generos. Dn. Veit. Ludwig von Sectendorff parte 3. des Teutschen Fürsten Staats inquit, den Münzern aber die andern die Münze verringern / verfälschen / beschneiden / seigern / ungebührlich aufwechseln / und aus dem Lande bringen / allerhand hohe Straffen an Leib / Ehre und Gut bevorstehen und in der Ordnung enthalten seyndt.*

§. VII. Placet hîc adducere diversorum populorum pœnas monetæ adulteratoribus impositas. Apud Ægyptios illorum, qui monetam circumciderant aut adulterinam cudant, aut pondera vel insignia immutarant, aut falsis literis inscripserant, manus ambæ amputabantur *Plurim: Reverend. Dn. Balthas. Cellar. c. 15. Polit. §. 19.* Ut quæ corporis pars peccasset etiam pœnas lueret per universam vitam *Diodorus l. 1. c. 6.* Apud Svecos qui adulterina moneta alios deceperunt, ita

E

sunt

1705  
2042

sunt puniti, ut monetam illi collicerent, & in eum falsarios vivos immitterent, vel in sublimiore trabe circumligatos per totum corpus moneta undiq; splendente his gulam frangerent, *Corr. Dannhauer. question. Polit. 103.* Qui ex *Olail. 6 c. 13. recenset.* In Gallia cacabis oleo bulliente plenis injecti necabantur. In Hispania laqueo suffocabantur: In imperio autem nostro Roman-Germanico simili more antiquo flammis mancipantur atq; traduntur, *Magnif. Dn. Bened. Carpzov. Comment: in L. R. c. 8. § 7. n. 7. Laudat. Dn. Balth. Cellar. 15. Polit. § 19.* quod supplicium quidem atrocissimum, sed non minus atrocia sunt illa furta publica, quæ committunt, *Heid. in Polit. Systemat. c. 3.* de Rerumpubl adjunct: quæ tamen poena hodie non statim tam strictè observatur, sed nonnunquam mitigatur & arbitrio iudicis delinquens punitur, vel in corpore vel in bonis, ut dilucidè ac perspicuè constat ex *R. J. Ferdinandi Imper. de ann. 1559. §.* Hierauf sehen/ ordnenen und wollen wir daß obgemeldete ringerer etc. & §. So dann ein solcher Verbrecher betreten/ soll er eingezogen / und an Leib und Gut/ oder am Leib allein oder am Gut allein nach Gelegenheit und Gestalt seines Verbrechens gestraffet werden etc. Tandem etiam poena dignus est is, qui cum prohibere tale quid posset, & tamen non prohibuit. *Sixtin: de Regal: l. 2. c. 7.* addit: Monetæ falsæ criminis conscios etiam puniendos esse. Item domus, in qua fiat, si incuria Domini factum sit, fisco adjudicetur, nisi Dominus quamprimum hoc scelus resciverit, Magistratui prodiderit *l. 1 c. de. Fals. Monet: Sixtin: de Regal. l. 2. c. 7. n. 116.* Ultimum quoq; erit de Monetæ subjectione paucula in medium proferre. An scilicet ex caractere sive pecuniæ imagine vel nota ac figura impressa (dem Schlag oder Gepräge) populi aliqujus subiectio ostendi queat, ut populus illum, cuius

monet-

monetam usurpat, tanquam superiorem venerari & colere debeat? Videtur monetæ inscriptio & imago Principis subditos subjectionis convincere *Cassiod. l. 6. varior. c. 7.* Inde Servator noster ipse Judæis atq; Herodis Proprincipis ministris tentare atq; eludere Eum conantibus, dixit, ut porrigerent numisma, simul percunctans, cujus signum atq; subscriptio denarii sibi traditi esset; Quibus adfirmantibus, esse Cæsaris, optimè respondit, eosq; subjectionis monuit, inquiring: Ergò Cæsari, quæ Cæsaris sunt, & D E O quæ D E I, date, *Matth. c. 22. v. 18. 19. 20. ad 21.* Attamen, quamvis hoc apud Judæos locum habuerit, generaliter tamen intelligi nequit, & ad omnes applicari. Nonne in Germania utimur ducatis, taleris, qui signum aliorum Regum &c. repræsentant, at quis illos tanquam superiores ac Dominos agnoscat, & se illorum subditum profitebitur? Hæc pro ratione temporis atq; ingenii tenuitate dicta sufficiant: Interea D E O Triuno sit Laus, Honor & Gloria!

---

**N**obile quod specimen dederis de Jure monetæ;  
 Hoc tua demonstrat pagina docta satis:  
 Perge viâ cœpta Themis & tua Patria solvent  
 Præmia per multos non moritura dies.

*Per Eximio Dn. Respondenti erudita Disputationis  
 Autori gratulab. adpos.*

P R Æ S E S.

---

**Q**uo Magnus Pater, & quo Magnus Avunculus ivit,  
 Contendis studiis sedulus usq; tuis.  
 Quicquid civilis tradit prudentia, discis;  
 hinc nata est chartis docta Moneta tuis.  
 Junge etiam Leges KRULBI doctissime Patris  
 Sis veniet quondam gloria lausq; Tibi.

*Ita Per eximio Dn. Respondenti grat.*

Christoph. Philip. Richter/ D. Com. P. C. P. P.  
 Collegii Jurid. Ordin. & h. t. Decanus.

fat-  
 cir-  
 en-  
 ion.  
 ca-  
 Hi-  
 tro  
 an-  
 ov:  
 .15.  
 sed  
 nit-  
 ju-  
 etè  
 di-  
 ut  
 er.  
 ob-  
 be-  
 sib  
 nes  
 na-  
 ta-  
 o-  
 fe.  
 fit,  
 ce-  
 er:  
 de  
 An.  
 ac  
 li-  
 us  
 s-



2144  
2044  
91  
TK  
2830

Que nitidos circa nummos sit summa potestas,  
Principis ex doctâ disseris arte tuâ,  
Pergas, secteris magni vestigia Patris,  
Atque tuum studium prosperet, opto, Deus.

*Germanæ Sororis filio ex animo gratulatur*

Georg Adam Struve, D.

**I**n regione statum faustum, non ultima cura,  
mi CRULLI, Themidos, justa moneta notat.

Hecce theses verò, quæ jam de jure monete  
tradis, de studiis optima signa ferunt.

Cujus eam regis jus est cudisse, moneta  
iconem ad vivum ritè referre solet.

Iconem verum hocce tuum dat lemma moneta  
scitè de studiis, ingenioq; tuo.

Perge, beatus eris fructus, quem ferre labores  
contendant, & eris dignus honore novo.

Urgens fama tibi stimulus sit clara Parentis,  
lumina cui dare te splendidiora decet.

Apprecor hosce tibi igniculos, en! pectore toto.  
Huic voto Numen pondus inesse sinat.

faustæ gratulationis ergò Lmq; adj'ciebat

Gothofredus Mœbius D. P. P. Medicus Elect.

Brand. nec non Admin. ArchiEpisc. Magdeb.

Fac. Med. p. t. Decanus.

**C**Armina docta canam? canerem, nisi Syada negaret.  
Præstent hoc alii; cœpta secunda precor.

*Adponebat*

*Optimis ausis Per Eximus DN. KRULLII, Amici*

*& Consal. sui pl. dilecti feliciter adprec.*

Christianus Carolus Schalling/ D. Cur. Prov.

Saxon Jenens. Advoc.

**J**ura monetarum, CRULLI, perquiris abundè  
larga monetarum copia te exhilaret.

*fundeb. ex τῷ ἀρχαῖου*

Philippus Horst/ P. P. Salana Senior.

F I N I S.

107



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

**KODAK Color Control Patches** © The Tiffen Company, 2000

**Kodak** LICENSED PRODUCT

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue



*...O AC SERENISSIMO  
AC DOMINO,  
MINO*

**ISTO,**  
**ADMINISTRA-**  
**IS ET ARCHIEPI-**  
**DEBURGENSIS,**  
**CLIVÆ ET MONTIUM**  
**HURINGIÆ, MARGGRAVIO**  
**S ATQVE INFERIORIS**  
**IMARCÆ RAVENS,**  
**RBY, DYNASTÆ**  
**ENSTEIN**

*CLEMENTISSIMO,*  
*...DIORUM SUORUM*  
*...RIMITIAS*

*...TER ATQVE SUMMISSE*  
*DICAT ET CONSECRAT*  
*...ATHOR ET RESPONDENS.*

